UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

Visual Library

# CONCLVSIO III.

Maria & ſancti inuocandi ſunt ut interceſſores.

## D. OECOLAMPADIVS.

GRatia & pax a dño noſtro Iheſu Chriſto omnibus nobis concedantur, Amen. Dilecti probiq; Chriſtiani, nemo me eum intueatr uirũ, quod ullã creaturarũ dei aſpernari uelim, minus ergo dilectos ſanctos dei. Solũ tamen hoc meũ eſt deſyderiũ, deũ cuius ſolius eſt honor, ſuper oĩa extolli debere, refluatq; per gratiarũ actionẽ omne bonũ in uerũ fontem unde effluxit. Quare quũ iterũ rationem reddere debeã doctrinæ meæ cauſſa in ſanctorũ interceſſiõe. Confiteor ut prius me prædicauiſſe Chriſtũ crucifixũ, mandatũ nullũ habeo dicẽdi in ſanctos, ſed nihilominus me declarabo. Aliud eſt prædicare, aliud iudicare. Nobis dumtaxat hoc prædicare licet, quod utilius eſt & proximiore uia ducit in deũ, quod apte fecerimus, quũ Chriſtũ unicũ mediatorẽ cũ ſuis promiſſionibus & inenarrabilibus donis cõmuni plebeculæ præfiguramus. At ubi homines iudicantr damnãturq;, ob unã uel alterã cauſſam, neceſſaria eſt maior prouidẽtia & minor ſtrenuitas. Ideoq; iuditij cauſſa eorũ ratione qui melius non acceptarũt, & cũ Dauid dicunt. Mihi aũt adherere dño deo bonũ eſt, & ſpẽ ponere in dñm deũ meũ, dixi adhuc eos defectũ habere in ſua fide, & ſi non ex toto infideles ad ducendũ dies dieſq; in fide, & fiducia in deũ extollendũ. Bona ſum ſpe hãc doctrinã magis eſſe Chriſtianã, quã ut ab aliquo Chriſtiano impugnetr, ſicut me ad hoc monet prima epiſto. ad Timoth. & pri. epiſt. Iohan. ij. cap. Sic huius doctrinæ meæ habetr ratio, quũ alioqui pſonæ meæ diſputare nõ affectẽ. Sum tñ nihilominus paratus reſpõſionẽ dare ſi adhuc in mea doctrina aliqd deeſſet.

## D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Contra meam

conclu-